113. *Præpoſitiones immediatè poſtpoſitæ caſui quem regunt, accentum retrahunt in primam:* ut εἰρήνης πίει de pace, pro περὶ εἰρήνης. ἀνὰ tamen & διὰ differentiæ cauſâ retinent, nè δία videri poſſit eſſe accuſativus à Ζεύς, & ἄνα vocativus ab ἄναξ rex. Dico *immediatè*, verbi gratiâ, Actor. 13. ver. 23. τούτου ὁ Θεὸς ἀπὸ τοῦ σπέρματος, ex hujus ſemine Deus: ubi ἀπὸ accentum retinet in fine, quia caſus genitivus non præcedit immediatè.

114. Ὑφὲν *inſtar* makkaph *Hebraici præcedentem dictionem naturâ ἔνκλιτον accentu deſtituit:* ut ἐκ παρθένου *virgo.* Epitheton beatæ Virginis Mariæ: Scilicet per ὑρὲν, q. d. ὑφ' ἓν *ſub unum*, duæ voces coaleſcunt in unam, & proinde quoque tanquam una vox, uno duntaxat accentu proferuntur.

115. *Syntaxi* ſeu compoſitione) *quandoque fit ut plures dictiones coaleſcant veluti in unam*, unde quarundam nativo abjecto accentu, unus tantùm manet in præcipua dictione: ut τετίσι hoc eſt, τοπαταχρὰς in principio, τοπλεύταῖον poſtremò, τοκαθημέραν quotidie, τοφωῖ mane. Quamvis etiam ſcribatur τὸ φωῖ, τὸ καθημέραν, & pro καθημέραν καθ' ἡμέραν, &c. Sic pro πῖσδε ſcribitur πιόσδε, abjecto circumflexo, pro τοίασδε ποιάσδε, 2 Pet. 1. ver. 17. διὸ pro δι' ὃ quapropter. Idque fit τῆς παχυγραφίας ἕνεκα.

116. Ad

116. Ad extremum quum *dictiones encliticæ*, ut vocant, negotium faceſſant tironibus, iſtæ quoque enodandæ ſunt tricæ, ut primâ fronte, tam de vera accentuum ſede, quàm de mendoſis accentibus ferre poſſimus judicium.

117. *Dictiones verò encliticæ ſunt* ſequentes.

Ex articulo, τοῦ poëticè τιοῦ pro indefinito τινὸς alicujus, τῳ pro τινὶ alicui.

Ex nomine, τὶς τί aliquis, per omnes caſus, vide ſupra numero 47.

Ex *pronomine*, μοῦ, μεῦ mei, μοὶ mihi, μὲ me. At ἐγὼ, ἐμοῦ, ἐμὲ encliticis non ſunt accenſenda. Sic σοῦ (τιοῦ σιοῦ) tui, σοὶ tibi, Doricè τοί. σὲ, Doricè τέ. At σὺ τὺ, ſicut & τέο, non patiuntur ἔγκλισιν. Sic οὗ (ἕυ ἑο) ſui, οἱ ſibi, ἕ ſe, σφὲ σφωὲ σφὼ tertiæ perſonæ. Nam σφὼ ſecundæ perſonæ non eſt encliticum. in plurali numero σφίσι & σφὶν, ſeu σφὶ pro σφίσι, ut & σφᾶς pro σφέας, & ϕὲ pro σφέ. His adde poëtica pronomina, μὶν & νὶν pro ἐ vel ἐμὲ, σὲ.

118. *Ex verbis ſunt encliticæ*, εἰμὶ ſum ἐσσὶ es, ἐστὶ, ἐσμὲν ſumus, ἐστὲ eſtis, εἰσὶ ſunt. Sic φημὶ inquam, φησὶ ait, φαμὲν dicimus, φατὲ dicitis, φασὶ (Doricè φαντὶ) aiunt, inquiunt. ubi ſecundæ ſingulares εἶς vel εἶ es, & φῄς ais, per ῄς acutum (ut differat à ſecundo ſingulari aoriſti ſecundi activi φῆς pro εἶπας dixiſti) non patiuntur ἔγκλισιν.

119. *Ex Adverbio*, πῶς quodammodo, πῶ adhuc, dum, σοῖ alicui, πῆ uſpiam, circiter, & alia id genus, quando non ſunt interrogativa, ſed indefinita. Item ποθὲν, ποθὲ alicunde, aliquando, Ariſtotelis 3. politic. cap. 11. ποθὶ alicubi, ποτὲ aliquando.

120. Ex *conjunctionibus* multæ ſunt encliticæ, & quandoque μόρια συμπληρωματικὰ, hoc eſt, particulæ expletivæ: ut τὲ & γὲ *quidem*, πὲρ *quamvis*, poſtpoſitum participio, κὲ κὲν dictiunculæ potentiales: in proſa reſpondent τῷ ἄν. ῥᾳ *facilè*, νὺ *nunc*, θὴν *quidem*, ſunt ſæpe expletivæ particulæ. Huc pertinet δὲ Accuſativo poſtpoſitum, ut valet *ad*, & eſt dictio enclitica.

REGULÆ.

121 1) *Dictio enclitica rejicit accentum in ultimam præcedentis vocabuli properoxytoni*, quem tamen adventitium accentum molliuſculè eſſe enuntiandum εὐφωνία ſuader. Marc. 11. ver. 30. ἀποκρίθητέ μοι reſpondete mihi. Roman. 2. v. 19. πέποιθάς τε fidiſque. Roman. 3. ver. 3. ἠπίστησάν τινες, increduli fuerunt quidam. σοῦ *tui* non reponit proprium ſeu nativum accentum, (vide ſupra numero 17.) ſed acutum: idem fit in μοῦ mei, οἷ ſui. Cauſa eſt ἡ εὐφωνία: ultima enim ſyllaba, in quam hæc dictio enclitica rejicit talem accentum, prorſus averſatur circumflexum: ubicunq; enim circumflexus

cumflexus eſt, κρᾶσιν notare ſolet, aut ſaltem quantitatem, longam, aut quorum neutrum hîc locum habet, & præterea moram requirit, Johan. 17. ver. 11. ἐν τῷ ὀνόματί σου, in nomine tuo Col. 4. v. 18. μνημονεύετέ μου τῶν δεσμῶν memores eſtote vinculorum meorum, Luc. 4. v. 7. ἐνώπιόν μου, coram me.

122. [2]) *Dictyo enclitica monoſyllaba amittit accentum præcedente vocabulo paroxytono: diſſyllaba contrà retinet:* ut Johan. 4. verſ. 16. φώνησον τὸν ἄνδρα σου, voca maritum tuum. Johan. 7. ver. 27. πόθεν ἐστίν unde ſit. Iohan. 15. ver. 14. φίλοι μού ἐστε amici mei eſtis. Hîc μου amittit accentum; ἐστὲ verò retinet in fine. Iohan. 14. ver. 19. ὁ κόσμος με οὐκ ἔτι θεωρεῖ, mundus me non ampliùs conſpiciet. Iohan. 22. ver. 18. ἄλλος ζώσει σε, alius cinget te. Iohan. 22. 22. σὺ ἀκολούθει μοι, tu ſequere me. Lucæ 22. ver. 35. ὄντος μου μετ' ὑμῶν, quem eſſem vobiſcum. Actor. 5. ver. 2. μέρός τι, partem quandam. Actor. 16. 16. παιδίσκην τινὰ, puellam quandam. Roman. 7. 9. ἐγὼ ἔζων χωρὶς νόμου ποτὲ, ego vivus eram ſine lege quondam. Rom. 8. v. 16. ὅτι ἐσμὲν τέκνα, quòd ſimus filii Dei. Roman. 14. v. 8. εἴτε Κυρίῳ ἐσμέν, Domini ſumus. Heb. 12. ver. 8. ἄρα νόθοι ἐστὲ, nempe ſpurii eſtis. Iacob. 3. ver. 5. ἡ γλῶσσα μικρὸν μέλος ἐστὶ, lingua parvum membrum eſt. 2 Pet. 1. v. 13. ἐφ' ὅσον εἰμὶ ἐν τούτῳ τῷ σκηνώματι, quamdiu ſum in hoc tabernaculo. 1 Corinth. 3. verſ. 20. ὅτι εἰσὶ μάταιοι, quòd vani ſint. *Quidam hîc τις tie excipiunt*: ut Iohan. 2. ver. 25. ἵνα τὶς μαρτυρήσῃ, ut aliquis teſtaretur. Confer Græcos interpretes veteris Teſtamenti, Exod. 22. verſ. 5. 16. Deut. 22. ver. 13. 1 Sam. 10. verſ. 12. Prov. 6. ver. 27. &c.

123. [3]) *Præcedente vocabulo oxytono dictio enclitica quæcunque accentum prorſus amittit*: ut Luc. 5. ver. 21. τίς ἐστιν οὗτος; Quis eſt iſte? Luc. 10. ver. 13. οὐαί σοι, væ tibi. Iohan. 19, v. 21. βασιλεύς εἰμι, rex ſum. Iohan. 20. 23. ἄν τινων ἀφῆτε, ſi quorum remiſeritis. Actor. 10. ver. 4. τί ἐστι Κύριε; Actor. 25. ver. 19. ζητήματα δέ τινα, quæſtiones verò quaſdam. 1 Corinth. 3. 9. Θεοῦ γάρ ἐσμεν συνεργοὶ, Dei enim ſumus adminiſtri. Roman. 1. ver. 13. ἵνα καρπόν τινα σχῶ, ut fructum aliquem conſequar. Roman. 4. ver. 16. ὅς ἐστι Πατὴρ πάντων, qui eſt Pater omnium. Luc. 13. 10 καί εἰσι, & ſunt. ἐστὶ quidem poſt καὶ (vide infra) habet accentum in prima, ſed εἰσὶ, &c. alia eſt ratio.

124. *Præcedente dictione* ἀπόστροφῳ (ſupra numero 16) *dictio enclitica in eam accentum ſuum reponit*: ut Iacob. 1. ver. 26. εἴ τις δοκεῖ, ſi quis videtur. *Alia tamen eſt ratio adverbii negativi* οὐ, οὐκ *poſt quod* εἰμὶ, ἐσμὲν, ἐστὲ, εἰσὶ *accentum retinent*: ut Luc. 18. ver. 11. οὐκ εἰμὶ, non ſum. Roman. 6. ver. 15. οὐκ ἐσμὲν. Iohan. 15. v. 19. οὐκ ἐστέ. Scribitur etiam τυτίστι

τατέστι tanquam vox unica. Sic poſt οἱ, 2 Corinth. 13. 5. οἱ ἐστὲ, ſi eſtis.

125. 4) *Præcedente vocabulo properiſpómeno, dictio enclitica accentum ſuum reponit in ejus ultimam:* Matth. 27. 24. ἀθῷός ἀμι, innocens ſum. Roman. 8. 14. ὅσοι εἰσὶ υἱοὶ Θεοῦ, hi ſunt filii Dei. 1 Corinth. 12. 5. ἓν σῶμά ἐσμεν, unum corpus ſumus. Luc. 1. 47. τῷ Θεῷ τῷ σωτῆρί μου, Deo ſervatori meo. Luc. 1. 38. κατὰ τὸ ῥῆμά σου, ſecundum verbum tuū. Luc. 5. 24. πορεύου εἰς τὸν οἶκόν σου, abi domum tuam. 1 Cor. 12. 22. ἀναγκαῖά ἐστι, neceſſaria ſunt.

126. 5) *Præcedente verò vocabulo periſpómeno, dictio enclitica quæcunque penitus ſuū amittit accentum*: ut Johan. 19. 11. εἰ μὴ ἦν σοι δεδομένον, niſi tibi datum eſſet. Johan. 21. 15. ἀγαπᾷς με; an diligis me? Actor. 14. 15. ὁμοιοπαθεῖς ἐσμεν, Act. 22. 3. ὑμεῖς ἐστε, vos eſtis. Roman. 1. 8. εὐχαριστῶ τῷ Θεῷ μου, gratias ago Deo meo.

De Synencliticis.

127. 6) *Quum complures dictiones enclíticæ concurrunt, ex ſequente in præcedentē transfertur accentus, ultimâ manente nudâ, ſeu ſine accentu*: ut Luc. 9. verſ. 38. ἐπιβλέψαι μοι. Lucæ 10. verſ. 29. τίς ἐστί μου πλησίον; Quis eſt meus proximus? Luc. 19. verſ. 8. εἴ τινός τι ἐσυκοφάντησα, ſi quid cuipiam per calumniam eripui. Roman. 3. v. 7. καθώς φασί τινες, prout quidam aiunt. Ronan. 13. v. 4. Θεοῦ διάκονός ἐστι σοι εἰς τὸ ἀγαθόν. Galat. 1 ver. 7. οἱ μή τινές εἰσιν. Actor. 18. ver. 10. διότι λαός ἐστί μοι πολύς. At Tit. 1. 6. εἴ τις ἐστί, quaſi εἴτις ſit vox compoſita, & contrà ἔστιν quaſi non ſit vox compoſita.

128. *Excipe* μοῦ, σοῦ, οἷ, μοὶ, &c. Johan 8. 31. μαθηταί μου ἐστέ. Roman. 1. 9. μάρτυς γάρ μοί ἐστιν ὁ Θεός. Matth. 3. 11. ἰσχυρότερός μου ἐστίν, fortior me eſt. Philip. 1. v. 8. μάρτυς γάρ μου ἐστί. Joh. 15. 4. ὑμεῖς φίλοι μου ἐστὲ, vos amici mei eſtis. Actor. 9 v. 15. σκεῦος ἐκλογῆς μοί ἐστιν ἔτι. Matth. 18. 8. καλόν σοί ἐστιν. Johan. 19. ver. 11. διὰ τοῦτο ὁ παραδούς με σοί. Item. *quoties intervenit diſtinctio quantulacunque, licet non ſemper ſit expreſſa*: ut Actor. 9. 6. λαλήσει σοί τί σε δεῖ ποιεῖν, Hic poſt σοι eſt tacita quædam diſtinctiuncula, ob quam σοι ex regula non habet accentum. Sic Act. 10. 6. λαλήσει σοι τί σε δεῖ ποιεῖν.

129. *Diſtinctiones incliticæ in præpoſitiones præcedentes varò accentum ſuum rejiciunt, idque propter εὐφωνίαν*: Luc. 4. 10. Actor. 21. 21. πρὸς σέ, de te. Johan. 17. verſ. 5. παρὰ σοί, apud. te. Matth. 18. v. 15. εἰς σέ. Johan. 13. v. 37. κατ' ἐμοῦ σοῦ, pro te. Actor. 28. v. 22. περὶ σοῦ, à te. Luc. 11. v. 35. & 19. 44. Johan. 17. 21. ἐν σοί, in te. Actor. 18. 10. Johan. 3. v. 26. μετὰ σοῦ, tecum. Actor. 26. v. 3. διὰ σέ, per te. Matth. 5. ver. 42. ἀπὸ σοῦ, à te. Actor. 23. 30. ἐπὶ σοῦ, coram

ſam te. *Interdum regulam ſequitur*, Johan. 21. ver. 3. σὺν σοὶ tecum. Johan. 17. ver. 11. Luc. 7. verſ. 20. & 18. verſ. 16. πρὸς σὲ ad te. Johan. 6. verſ. 65. Actor. 22. ver. 10. πρός με ad me. Luc. 18. verſ. 9. πρός τινας ad quoſdam. Actor. 9. verſ. 43. παρά τινι apud quendam. *Quandoque utroque modo ſe habent*: ut Actor. 13. v. 11. & 19. 22. ἐπί σε idque in fine periodi. *At contra*, Deut. 28. 2. ἐπὶ σὲ contra te. Sic Joh. 21. 23. τί πρὸς σέ ; quid tua refert? Alii τί πρός σε ;

130. 7) *Dictiones encliticæ retinent accentum ſuum ob quinque cauſas, nempe ob εὐφωνίαν, ἔμφασιν, διαφορὰν, παρένθεσιν, & διαζολὴν, hoc eſt, diſtinctionem.*

Εὐφωνίας ἕνεκα, Actor. 15. verſ. 8. ὅτι οὐδὲν Καίσαρα τί ἥμαρτον, neque in Cæſarem quicquam peccavi. Hìc τί retinet accentum, quem ſi rejiceret ex regula in ultimam præcedentis dictionis, tam κακόφωνον, quàm obſcurum foret. Vide editionem novi Teſtamenti ab Henrico Stephano emendatiſſimè editam 1576. Sic ἕνεκα μοῦ dicimus. Ad Roman. 8. 36. ἕνεκα σου (pro ἕνεκα σοῦ) θανατούμεθα, tuâ cauſâ occidimur.

Ἐμφάσεως ἕνεκα, Roman. 11. verſ. 18. ἀλλ' οὐ σὲ ῥίζα σέ. Hìc σὲ retinet accentum ob emphaſin, 1 Timoth. 4. ver. 14 ὃ ἐδόθη σοὶ, quod *TIBI* datum eſt. Hìc σοὶ retinet accentum ob ἔμφασιν. 2 Cor 11 16. μή τίς με δόξῃ ἄφρονα εἶναι, nè quis me putet mente captum : μέ hìc retinet accentum ob ἔμφασιν.

Διαφορᾶς ἕνεκα, Epheſ. 2. 13. οἱ ποτὲ ὄντες, pro οἱ ποτὲ ὄντες. diſcriminis cauſâ, nè quis putet οἱ eſſe ex nominativo ſingulari ὅς qui, 2 Pet. 3. ver. 9. ὡς τινὲς, &c. non ὥς τινες, nè videretur ὡς poſitum pro ὅτως. Sic Luc. 14. v. 9. ὁ σὸς, non ὅ σὸς, nè ὁ videretur articulus poſtpoſitivus gen. neut.

131. *Diſtinctio* (ἡ διαζολὴ) *facit, ut dictio enclitica ſuum retineat accentum, idque in principio diſtinctionis ſemper, in fine rariſſimè*, Luc. 4. verſ. 6. σοὶ δώσω tibi dabo : σοὶ hìc retinet accentum in principio periodi. Luc. 7. 14. νεανίσκε, σοὶ λέγω, adoleſcens, *TIBI* dico : hìc σοὶ retinet accentum poſt κόμμα, & ob ἔμφασιν. Matth. 17. 4. σοὶ μίαν, ibid. ver 27. ἀντὶ ἐμοῦ καὶ σοῦ, pro me & te : σοῦ hìc retinet accentum ob finem periodi, nec non ἔμφασιν. Philip. 1. 15. τινὲς μὲν, τινὲς δὲ, alii quidem, alii verò, &c. hìc utrumque τινὲς accentum retinet ob diſtinctionem : unum enim eſt in principio periodi, alterum in principio τοῦ κόμματος, Johan. 13. v. 3. εἰς τὸν θεὸν ὑπάγει, ſum enim : hìc εἰμὶ retinet accentum in principio coli. Luc. 10. 21. ἔμπροσθέν σου hìc σου in fine periodi non retinet accentum, ſed rejicit in vocem proximè præcedentem. Sic Johan. 14. 11. πίστευέτέ μοι, in fine periodi.

132. παρενθέσεως ἕνεκα, Mar. 5. v. 41. τὸ κοράσιον (σοὶ λέγω) ἔγειραι, puella (tibi dico) ſurge: hìc

hic σὶ retinet accentum ob ἔνδειξιν & παρένθεσιν, quæ ipsa est distinctionis species. Hebr. 8. 5. ὅρα γάρ (φησὶ) vide enim (inquit.) Alii pro parenthesios signis hic habent duo κόμματα, sed res eódem redit. Marc. 2. 10. (λέγει τῷ παραλυτικῷ) Σοὶ λέγω, Ἔγειραι, (dicit ad paralyticum) TIBI dico, Surge. Confer Luc. 5. v. 24. Act. 26. 25.

133. Ἔστι *accentum sortitur in prima syllaba*: Primò *in principio sententiæ, sive sit completa, sive non.* Johan. 5. versf. 2. ἔστι δὲ, est verò. 1 Corinth. 15. ver. 44. ἔστι σῶμα ψυχικὸν, καὶ ἔστι σῶμα πνευματικόν. 2 Tim. 4. ver. 11. ἔστι γάρ μοι εὔχρηστον, est enim mihi perutilis. Matth. 13. v. 39. ὁ δὲ ἐχθρὸς ὁ σπείρας αὐτά ἐστιν ὁ διάβολος, hostis qui sevit illa zizania est diabolus.

134. *Deinde* ἔστι *accentum in prima syllaba habet post voculas* ὅτι, ὡς, καὶ, εἰ, ἀλλ', ἤπερ'. ut, Matth. 10. 24. οὐκ ἔστι μαθητὴς ὑπὲρ τὸν διδάσκαλον, non est discipulus super magistrum. Johan. 1. v. 48. ἐν ᾧ δόλος οὐκ ἔστι, in quo non est dolus. Johan. 20. ver. 30. ἃ οὐκ ἔστι γεγραμμένα, quæ non sunt scripta. Sic ἔνι pro ἔστι. Jacob. 1. ver. 17. παρ' ᾧ οὐκ ἔνι παραλλαγὴ, apud quem non est mutatio. Colossi. 3. v. 6. καὶ ἔστι, & est. Roman. 10. 6. τοῦτ' ἔστι, hoc est. 2 Reg. 10. v. 24. Ἰδοὺ εἰ ἔστι μεθ' ὑμῶν (τῆς) τοῦ δόλου Κυρίου. videte an sit vobiscum aliquis ex servis Domini. Johan. 7. 28. ἀλλ' ἔστιν ἀληθινὸς ὁ πέμψας με, sed verax est qui misit me.

135. *Accentus quoque multas distinguit voces*: ut Luc. 4. 9. εἰ σὺ, εἰ es. Sic differunt ἥ *hæc*, ἤ *quæ*, ἤ (ab ἠμὶ pro φημὶ per aphæresin) *dixit*, ἦ *erat*, ἧ *sit*, ἢ *qua*. item ὧν, ὢν. μύριοι *decies mille*, μυρία *infiniti*. Discrimen est inter ἥ τε, & *hæc*, Roman. 1. ver. 20. & ἥτε *quæque*: inter μόνη *sola*, & μονὴ *mansio*, Johan. 14. 17. ἃ ὁ κόσμος οὐ δύναται λαβεῖν· hic differunt ὃ & ὁ. Sic ἄλλα *sed*, & ἄλλα *alia*. ὦμος ὁ *humerus*, & ὠμὸς *crudelis*. ἐχθρὰ *inimica*, ἔχθρα *inimicitia*. εἶσι *vadit*, & εἰσὶ *sunt*. κείνω *judico*, & κεινῶ *judicabo*. βάσανος ἡ *tormentum*, & σφηλὴ ἡ *perversa*. ζωὸν *vivum*, & ζῷον *animal*. κύδος *gloria* & κυδὸς *probrum*. ἐρασὸς *amatus*, at Ἔρως nomen viri, Actor. 19. v. 22.

136. *Græci virgulâ seu intercisione* (Græcè διαστολὴ ἢ ὑποδιαστολὴ, *Eustathio* χωρισμὸς dicitur) *multas discriminant, quæ virgula respondet accentui Hebraico metheg, idque ad vitandum ambiguitatem*: ut τό, τε *hoc*, Actor. 27. versf. 5. differt à τότε tunc, Actor. 27. versf. 21. Sic ὅτε **und der**, Actor. 13. 1. Luc. 23. ver. 12. & ὅτι *quando*, Luc. 17. 22. item ὅ, τι *quod* relativum, Luc. 10. 13. & ὅτι *quòd* conjunctio, Matth. 18. ver. 28. ἀπόδος μοι ὅ τι ὀφείλεις. Johan. 2. 5. ὅ, τι ἂν λέγῃ ὑμῖν ποιήσατε, quicquid dixerit vobis facite.

137. *Sæpe accentus vocabula non distinguit, quorum discrimen ex serie orationis & analysi Logicæ eruendum est.* Qualia sunt, ὃ

ubi, & ὅ cujus. ὅτε eratu, & ὅτις sitis. ἐξήνατε investigatis, & ἐξήνατε investigate, Johan. 5. 39. γινώσκειν cognoscunt, & Roman. 7. ver. 1. γινώσκουσι cognoscentibus. Deut. 28. 57. ἐν τῇ θλίψει (dat. singul.) ἡ θλίψει (3. singul. fut. 1. act. indicat.) σε ὁ ἐχθρός σου πείσομαι persuadebo, & πεισομαι patiar. Johan. 17. v. 6. σοὶ ἦσαν utrùm hic σοὶ sit dativus à σύ, vel numerus pluralis à σός. Hebræi dicunt לְךָ הָיוּ. Sic Roman. 12. ἐμοὶ ἡ ἐκδίκησις, pro ἐμὴ ἡ ἐκδίκησις. Hebraismus idem. ἡ πόσις ἐως potio, & ὁ πόσις ἱῶ maritus; μὴν tamen & μὴν μὼς mensis.

Sæpe utrolibet modo tempora quæ coincidere dicuntur, accipere licet. Verbi gratiâ, perinde est utrum dicas εἶπον esse aorist. 1. act. vel aorist. 2. act. subjunct. Johan. 11. ver. 10. ἀποκλείωσιν, utràm sit aorist. 1. act. subjunct. vel præsact. subjunct. γέγραφα, utrum sit præteriti activi vel medii.

Nonnunquam distinguit *significatio*: ut ἔστησαν stiterunt. Actor. 1. vers. 23. & ἔστησαν stetérunt, Luc. 17. 12. quorum illud esse aoristi primi activi; hoc verò aorist. 2. act. ostendit significatio. Sic τρυγητὸς ὁ vindemia, fructuum collectio. τρύγητος ὁ verò tempus vindemiæ. At ἀμητὸς ὁ messis tempus, sed ἄμητος ἡ messis.

Sæpe *genus* distinguit: ἅλς ἁλὸς ὁ sal, ἅλς ἁλὸς ἡ mare: βάτος ἡ rubus, βάτος ὁ men-sura liquidorum. *Vocalis*, ut νότος ὁ dorsum, νότος ὁ notus, ventus. *Consona*, νόθος ὁ spurius, &c.

138. *Ex accentu quoque quantitas syllabæ perspicue cognoscitur.* Verbi gratiâ omnia nomina in ίτης (non verbalia) habent penultimam longam: ut πολίτης ὁ civis. in plurali numero πολῖται ὧν οἱ cives, Luc. 19. 14. in fœm. gen. πολῖτις ἰδος ἡ civis fœmina. Sic νεᾶνις ὁ juvenis, νεᾶνις ἰδος ἡ, juvencula. Ergo α in νεανίας & νεανισκος est longum. *Simili rem explicabo.* Gen. 27. 11. ἐγὼ ἧ ἀνὴρ λεῖος ergo verò sum vir lævis. Hic Latinè discriminis causâ dicendum & scribendum est lævis, non *levis*. Nam *lævis* primâ longa, **glat**; *levis* verò primâ brevi, **letch**. λεῖος *lævis*, vitiosè vulgò scribitur *lævis*. Nam ε in lingua Græca non mutatur in æ, sed in e vel i longum: ut πολιτεία *politia*, μουσεῖον *museum*. Lævus verò per æ, à Græca λαιὸς, idem est quod sinister.

139. *Ex origine plurimarum vocum tam orthographia, quàm prosodia sponte emergit, primoque intuitu dignosci potest.* Verbi gratiâ, scribendum esse κίνδυνος *periculum*, compositio ostendit. Sic enim dicitur quasi κινεῖν δυνάμενος movere valens, vel quasi κινῶν ὀδύνας ciens dolores. Sic ῥᾴδυμος *piger*, ex ῥᾴδιος & δυμὸς, facilis seu dissolutus animus. Sic dicimus αὖτις, quasi ἡ αὐτὴ hæc: τοῦτο, quasi τῷ αὐτῷ, ἕτοι, quasi οἱ αὐτοί. sic

ſic ὑπαυρὸς παρὰ τὸ παθεῖαι εἰς ἄυπνον. Sic ſcribendum Latinè *cæmeterium* ex κοιμητήριον (non cum vulgo *cæmeterium*) hoc eſt, cubile, vel dormitorium, prout eleganter per metaphoram *ſepulcretum Chriſtianorum* vocatur, Iſaiæ 57.6.

140. *Dialectus quandoque tam ſpiritum, quàm accentum mutat:* ut ὁμοῖος ſimilis. Atticè ὁμοῖος. item ἑτοιμος ἑτοῖμος, paratus, γέλοιος γελοῖος, ridiculus. Apocal. 6. 14. εἱλισόμενος pro εἱλυόμενος, *convolutus* Æolicè. Æoles enim fugiunt aſpirationem, quamvis hic diſſentiat editio Stephani & Plantiniana. Sic ſuperiores Germani dicunt **heiſchen**, ſed in inferiori Germania **eiſchen**, omiſsâ literâ **h**. Sic Heb.11.21. ἐπὶ τὸ ἄκρον τῆς ῥάβδου αὐτοῦ, pro αὑτοῦ, qui Æoliſmus, ſeu quæ pronominis relativi ἐναλλαγὴ inprimis Græcis interpretibus, quos Septuaginta vocant, eſt admodum frequens. Sic Dores pro γεράω ſcribunt γεραῶ.

141. *Apoſtrophus quoque tenues literas mutat in aſpiratas, & aſpiratum aut tollit, aut revocat, aut relinquit:* ut Act.9.31. καθ' ὅλης τῆς Ἰουδαίας, per totam Judæam. Hic α in κατὰ tollitur, & τ mutatur in θ propter ſequentem vocalem aſpiratam. 1 Corinth. 15.33. φθείρουσιν ἤθη χρῆθ' ὁμιλίαι κακαί, corrumpunt bonos mores colloquia prava. χρῆθ', pro χρηστὰ, ubi τ mutatur in θ, & accentus non tantùm revocatur in penultimam, ſed etiam mutatur, nempe, gravis in circumflexum, quod tamen à nonnullis negatur. Sic νύχθ' ὅλην, *totâ nocte*, pro quo Lucæ 5.ver.5. δι' ὅλης τῆς νυκτὸς, *per totam noctem*, ubi accentus in υ manet. πολλ' ἔχω, multa habeo. ὄπυια τοῦ πλούτου ἔδ' ἐπήκοα, omnia divitiis obtemperant. δείθ' ἔπαθον, gravia paſſus ſum, pro δεινά. Vides, cum vocalis acuto accentu notata per ἀπόστροφον abjicitur, in *dictionibus indeclinabilibus accentum* unà cum vocali *abjici*: in *declinabilibus* autem *accentum* vel *relinqui* loco ſuo, vel *transferri* ad ſyllabam præcedentem.

142. Sed hîc obiter moneo, *Apoſtrophum* perſæpe non eſſe ubi eſſe poſſit, idq; more Ionum: ut Luc.15.6. ἐπὶ ἑνὶ, pro ἐφ' ἑνί. Roman.2.v.2. κρῖ 'θήσεται. Roman.3.v.5. κρῖ ἄνθρωπον λέγω. Johan.5. κρῖ ἑορτὴν, pro καθ' ἑορτήν. Roman.4.15. ὃκ ἔστι παρὰ ἀνάπτωμα πεπληθῆς, non jam ſecundùm charitatem incedis, Roman. 16. 25 & Galat.2.2. κατὰ (pro κατ') ἀποκάλυψιν, ex revelatione.

Hactenus *de Encliticarum dictionum accentibus* fuſè dixi. Ne tamen aliquis tiro tot regularum congerie abſterritus, hanc de Accentibus inſtitutionem declinet, ad tres regulas ſequentes ferme omnia de dictionibus enclíticis ſum contracturus.

REGULÆ.

Dictio enclitica qualiſcunque poſt vocabulum ὀξύπονον & περι-

παρατιθέμενον, *reponit* seu transfert *accentum suum* : ut Johan. 21.7. ὁ Κύριός ἐστι, *Dominus est.* Johan.20.1. ἦραν τὸν Κύριόν μου, abstulerunt Dominum meum. Matth.11. v.29. πραΰς εἰμι, mitis sum. Actor. 7. 59. Πνεῦμά μου, Spiritus meus.

Regula II.

Post vocabulum ὀξύτονον & περισπώμενον *amittit accentum suum :* ut Matth.28.20. μεθ' ὑμῶν εἰμι, vobiscum sum. Actor. 16.9. ἀνήρ τις. vir quidam, Johan.21. vers. 16. ἀγαπᾷς με; an diligis me?

Regula III.

Post vocabulum penacutum seu παροξύτονον *dictio enclitica monosyllaba amittis accentum, dissyllaba verò sunm vetinet :* ut Rom. 14.v.23. πᾶν δὲ ὃ οὐκ ἐκ πίστεως, ἁμαρτία ἐστὶ, quicquid non est ex fide, peccatum est, Roman.1. ver.11. ἵνα τι μεταδῶ, ut quid impertiar. Hic τι amittit accentum suum post vocem penacutam.

ΤΕΛΟΣ.

IDEA

IDEA GRÆCARUM NOVI TESTAMENTI DIALECTORUM.

Διάλεκτος *est sermo cuique populo peculiaris, idq; in eadem lingua.* ἰδίωμα γλώττης à Plutarcho vocatur: vide Actor. 2. vers. 6.

2. Διάλεκτος oritur à διαλέγω *discerno.* Zenoph. τὸ πτύον τοῦ σίτου διαλέγει, *ventilabrum triticum à frumento secernit.* Hinc est διαλέγομαι distinctè loquor, differo, colloquor.

3. *Dialectus hæc seu linguæ unius differentia cernitur aut in literis ejusdem vocabuli, aut in pronuntiatione seu accentu, aut in vocibus integris, aut in syntaxi.*

4. *Sunt verò Dialecti Novi Testamenti septem,* quas ordine non exquisitiori sed qualicunq; enarrare fert animus; nempe, *Attica, Ionica, Dorica, Æolica, Bœotica, Poëtica* & ἡ ἑβραΐζουσα.

5. Nec mirum est omnium Dialectorum vestigia in Novo Testamento apparere. Nam Apostoli Evangelium annuntiârunt non tantùm Judæis, qui legebant Græcam Veteris Testamenti versionem, sed etiam reliquis populis varietate Dialectorum differentibus. Atque hinc orta est Dialectorum illarum varietas.

6. Quod etiam poëticæ Dialecti in eo extent exempla, fit partim, quia poëtæ in Novo Testamento allegati sunt: partim more Xenophontis, qui sæpe phrases intermiscet poëticas. Vide in eum Indicem vocum & phrasium Græcum ab Æmilio Porto additum.

7. *Attica Dialectus*, sicut omnium est elegantissima, ita in Novo Testamento frequentissima, adeo ut in toto Novo Testamento vix videatur esse caput, ubi non aliquot ejus extet vestigia.

8. Quemadmodum in Latio Ciceroniana eloquentia habebatur præcipua; ita Demosthenea illa & Attica facundia in Græcia.

9. Quæ

9. Quæ itaque Chamierus vir clarissimus scripsit 2 Tom. lib. 11. cap. 16. num. 7. quasi *Evangelistæ non fuerint usi dialecto Atticâ, sed communi*, accipienda sunt cum grano salis.

10. Facessant ergo illi, qui stilum Novi Testamenti non satis Græcum esse (etiam qui sibi aliisque maximè vigilare videbantur) somniabant. Apostoli enim eum edocti fuerunt ab ipso Spiritu sancto, Act. 2. 4. quo Doctore & Magistro, quis quæso unquam disertiùs aut magis propriè dicere potuit?

11. *Attici verò primò sunt φιλομέτοχοι*, hoc est, *gaudent participiis*: ut Matth. 1. 18. ἐυρέθη ἐν γαστρὶ ἔχουσα, pro ἔχειν. Matth. 10. 1. ἐτέλεσαν διατάσσων. Matthæi 19. 22. ἦν γὰρ ἔχων (pro ἔχων) κτήματα πολλά. Matth. 24. ver. 9. ἔσεσθε μισούμενοι, pro μισηθήσεσθε, odio habebimini. Luc. 1. 20. ἔσῃ σιωπῶν, pro σιωπήσεις, *obmutesces*. Luc. 5. ver. 10. ἔσῃ ζωγρῶν, pro ζωγρήσεις, vivos capies. Luc. 9. 59. ὄπισθόν μοι ἀπελθόντι (pro ἀπελθεῖν, quæ syntaxis legitur Mat. 8. 31.) permitte mihi ut abeam. Luc. 21. 24. ἔσαι πατουμένη, pro πατηθήσεται. Luc. 23. 8. ἦν γὰρ θέλων, pro ἤθελε γὰρ, cupiebat enim. Luc. 24. 32. καρδία ἦν καιομένη, cor ardebat. Actor. 17. 6. ἐθορύβουν τὴν πόλιν ὄντα (pro εἶναι Actor. 20. 13. ὕτω γὰρ ἦν διατεταγμένος, *ita enim mandaverat*. Act. 20. 13 ὄντα σε κειτῶ, pro εἶναι σε κειτῶ. Act. 27. 2. ἐπέβημεν πορευθέντα, pro πορευθῆναι, Marc. 1. 4. ἐγένετο βαπτίζων καὶ κηρύσσων, baptizans & prædicabat. 1 Timoth. 3. ver. 13. μεγάλην περιποιοῦνται, pro περιέχεσθαι, discunt circumire. 2 Pet. 2. 10. τὸς δὲ μάλιστα βλασφημίας (pro βλασφημεῖν,) *non horrent probris incessere dignitates*: alii vertunt *Majestates*. Hebr. 10. 25. βλέποντα τὴν ἐγγίζουσαν ἡμέραν, *videtis appropinquantem diem*. participium hic ponitur pro infinitivo. Sic Arist. 3. top. cap. 1. ἀναιρήσεις ἔσομαι, tollam, negabo. Idem ἀποδείξεις ἴσομαι, demonstrabo. Demosth. Olynth. α. ἐγνωκὼς ἴσαι, sentiat. ibid. τί κωλύον ἴσαι; pro κωλύσει, *quid enim removebitur*? Olynth. γ. ἐστρατηγικότες ἴσασθε, bellum inferetis. Thucyd. lib. 1. ἀκμάζοντές τε ἦσαν, pro ἀκμάζω, *florebat*. Actor. 12. 35. Νῦν δεῖ, pro δεῖ, oportet. Eodem modo etiam alia verba, τυγχάνω. παρέρχομαι cum participiis construuntur, aliorúmque temporum inserviunt periphrasi. Actor. 8. 16. ὅπω γὰρ ἦν ἐπ' οὐδενὶ αὐτῶν ἐπιπεπτωκὸς, μόνον δὲ βεβαπτισμένοι ὑπῆρχον εἰς τὸ ὄνομα τῦ Κυρίε Ἰησῦ, nondum enim in quemquam illorum illapsus erat (Spiritus sanctus) sed baptizati tantùm fuerant in nomen Domini Jesu. Hic ἦν ὀλιγωρῶν, pro ὀλιγωρῶν, & ὑπῆρχον, pro ἦσαν. Hippocrates in Epistola sua ad Damagetum ita alloquitur Democritum: Τί τῦτο τυγχάνεις γεγράφων; φράζε, *Eccur hæc scribis? eloquere*. Hippocrates cum Democrito videtur volvisse ἀτιμίζειν.

Sic

Sic Demoſth. Οὐ γὰρ ἐχθρὸς ὢν ἦν, *Non enim erat inimicus.* Redundantia hæc eſt Attica. Sic Luc. 10. 30. ἡμιθανῆ τυγχάνοντα, *ſemineccm.* Sic quoque Naſo Ἑλληνίζων 4. de Ponto:

Omnia ſunt hominum tenui pendentia filo.

Omnia ſunt pendentia, hoc eſt, omnia pendent.

12. *Attici* κερῶ, hoc eſt, *contractione gaudent*, Matth. 5. v. 47. ποιοῦτε pro ποιεῖτε. Matth. 7. 19. ποιοῦν pro ποιεῖν. Matth. 8. ver. 4. τῷ ἱερεῖ, pro ἱερεῖ. Johan. 10. 41. ἀληθῆ, pro ἀληθέα. Act. 2. ver. 5. εὐλαβεῖς, pro εὐλαβέῖς. Actor. 10. v. 7. εὐσεβῆ, pro εὐσεβία. Johan. 14. 12. ποιῶ. Johan. 14. 31. ἀγαπῶ, nunquam ποιῶ, ἀγαπάω. 1 Corinth. 1. 5. γνώσει, pro γνώσεῖ. Roman. 4. πίσει, pro πίστεῖ, &c. Iones contrà. Sic pro ἦσσο Iones per ſyncopen dicunt ἦο, Attici vero ἦν. Actor. 5. 4. Apocal. 6. 15. ὀρέων non contrahitur, ſicut nec ὀρέων Epheſ. 5. ver. 30. Vide infra Ionicam Dialectum. Differt ab Jonico ὁρέων, *videns*, ſpiritu. Iones pro ὁρέω dicunt ὁρέω, τὸ ἄλφα, quantum fieri poteſt, fugientes. Herodotus in Euterpe de Sardanapali Epitaphio, εἰς ἐμέ πε ὁρέων, εὐσεβέα ἐσεο. Ita profectò etiamnum *Herodes*, Act. 12. 23. exclamat εἰς ἐμέ πε ὁρέων, ταπεινόφρων ἔσω · & *dives epulo*, Luc. 16. verſ. 24. εἰς ἐμέ πε ὀρέων, πολύσπλαγχνος ἔσω.

13. *Inſuper ſi duæ dictiones quaſi craſi coaluerint, ſeu fuerint commixtæ, ſignatur iſta craſis apoſtrophi charactere*: ut τἄνομα, pro τὸ ὄνομα. Matth. 27. 57. κἄν, pro καὶ ἐὰν & ſi. Hebr. 12. v. 20. κἂν θηρίον θίγῃ τοῦ ὄρους, *& ſi beſtia tetigerit montem.* Demoſth. Olynth. 1. κἂν ὅμορον χώραν ἔχωσι, *& ſi finitimam regionem habent*, hoc eſt, reges inſidiantur liberis Rebuſpublicis, inprimis ſi ſint vicinæ. Exempla ſunt omnibus obvia: τἀναντίον, *è contrario*, pro τὸ ἐναντίον. Galat. 2. 7. κἀγὼ, pro καὶ ἐγὼ, Matth. 2. ver. 8. κἀμοὶ, pro καὶ ἐμοὶ. Johan. 7. v. 28. κἀκεῖ, pro καὶ ἐκεῖ. Actor. 14. v. 7. κἀκεῖνα, pro καὶ ἐκεῖνα. Mat. 15. ver. 18. At cur τἄνεκα ὲκ τοῦ ἕνεκα non ſcribimus τἄνεκα cum ſpiritu aſpero? Reſpon. Quia ſignum eſt apoſtrophi, qui aliter non indicatur. Hanc ſubtilitatem Grammaticam in gratiam juniorũ hic obiter perſtringere libuit.

14. *Attici ſemper apoſtropho utuntur*, Matth. 19. ver. 8. ἀπ' ἀρχῆς. Luc. 8. v. 2 ἀφ' ἑπτὰ. Johan. 5. ver. 19. ἀφ' ἑαυτοῦ. Gal. 1. 13. καθ' ὑπερβολὴν, ſummè. 1 Corinth. 15. 33. χρῶνται, pro χρῆσθε. Iones contrà, vide infra.

15. Συγκοπὴ *in verbis, idque mutato accentu*: Matth. 13. ver. 49. ἀφοριοῦσι, pro ἀφορίσουσι, & Matthæi 25. 32. ἀφορεῖ, pro ἀφορίσει. Luc. 1. 48. μακαριοῦσι, pro μακαρίσουσι, *beatum prædicabunt.* Act. 7. ver. 43. μετοικιῶ, pro μετοικίσω, *captivos abducam.* Hebr. 10. v. 37. χρονιεῖ, pro χρονίσει, *tardabit.* Coloſſ. 4. 9. γνωριοῦσι pro γνωρίσουσι. Luc. 19. 44. ἐδαφιοῦσι, pro ἐδαφίσουσι, *ſolo æquabunt.* Epheſ. 6. 8. κομίσεται,

κομίσεται, pro κομίσηται. Rom. 10. vers. 19. προεφήμω, pro παροξύνω. Matth. 12. ver. 21. ἐλπιοῦσι, pro ἐλπίσουσι. Mat. 3. 12, διακαθαρίζειν, pro διακαθαίσει, Jacob. 4. 8. ἐγγιεῖ, pro ἐγγίσει. *Vel non mutato accentu*: Apocal. 7. ver. 11. ἐστήκασαν, pro ἐστήκεσαν. Heb. 12. ver. 17. ἵστε, pro ἴστε, *scitote*. Sic ἵσμεν, pro ἴσαμεν, &c. crebrò apud Demosthenem occurrunt. Sic ἑστὰς Luc. 18. v. 13. pro ἑστεὼς, ex ἑστακὼς, ab ἵστημι. Futur. σταῶ. Pass. ἕσταμαι, & Dorice ἕσταμαι, in f. g. ἑστῶσα, pro ἑστῶσα· sic ut ab εἰδὼς est fœmininum εἰδῦα. Marc. 5. v. 33. Sic Ionice ad Democritum διεζώσας, pro διεζωσμένας, idque Attice. At inquiat aliquis, Cur dicimus ἑστὼς, ὥτος, & non εἰδὼς, εἰδῶτος; Respondeo, in ἑστὼς non solum est Syncope, sed etiam crasis; at in εἰδὼς est sola Syncope. Heb. 9. 12. ἐπαξάμενος, pro ἐυρησάμενος. Luc. 14. ver. 20. ἔγημα, pro ἐξάμησα, ubi præter Syncopen etiam est Metathesis. Philem. v. 20. ὀναίμεν, pro ὀνησαίμεν. Sic ἴδειν, pro εἰδεῖν, ex εἰδήκειν, per Sycopen duarum literarum η, κ. Attice Johan. 1. 33. εἰδέναι, pro εἰδηκέναι. Tit. 1. 16. εἰδὼς, pro εἰδηκὼς. Marc. 6. 20. συνειδὼς, pro συνειδηκὼς conscius. Act. 5. 2. Vide plura exempla in Lexico N. T.

16. Ἀναδιπλώσει, h. e. *reduplicatione delectantur Attici*. Joh. 4. 42. 1 Joh. 1. 1. ἀκηκόατε, pro ἠκόατε, prioribus duabus literis in ἀκήκοα (vide Actor. 6. ver. 14. & 9. 13.) reduplicatis. Johan. 6. 12. σαωσάγατε, pro σωσάγατε, *colligite*, seu *diligenter colligite*. 1 Corin. 15. 17. ἐγήγερται, pro ἤγερται. Johan. 16. 28. 1 Joh. 4. 2. ἐλήλυθα, pro ἦλυθα. 1 Sam. 20. 41. ὡς ὀμωμόκαμεν ἀμφότεροι, sicut juravimus ambo, &c. Jonathan ad Davidem sic loquitur, unde reduplicatio illa videtur conjunctam habere quandam ἔμφασιν. Joh. 4. 38. εἰσεληλύθασι. Jacob. 5. 4. Sic 1 Pet. 4. 3. πεφεληλυθὼς χρόνος, præteritum tempus. Heb. 11. 17. προσενήνοχε obtulit, pro προσφέρω.

17. Τροπῇ, h. e. *mutatione*. Mat. 27. 4. Joh. 11. 40. ὄψει, pro ὄψῃ. Sic οἴει, pro οἴῃ putas, pro βούλῃ vis, à βούλομαι, dicunt Attici βούλει. Luc. 22. 42. pro παρένεξον παρένεξει, Luc. 7. 4. & pro εἶς es (ab ἔω, pro quo usitatum est εἰμὶ) ἔῃς es, ab ἔομαι, in secunda persona ἔῃ, contracte ᾖ, pro quo usitatum est Atticum εἶ es. Matth. 11. vers. 3. Sic pro ἔρρηκα Attici dicunt ἔῤῥωκα. Johan. 4. 29. & 15. 15. Rom. 4. 15. Mat. 24. 25. pro λέλληφα εἴληφα, Apoc. 2. 28. Matth. 25. 24. Sic pro εἴδειν, ex εἰδήκειν, dicunt ἴδειν, Johan. 6. 6. pro μεμίαμαι, à verbo μαίνω pólluo (unde est ἐμιάνθην, μιανθῶ, Joh. 18. 28.) dicunt Attici μεμίασμαι. Tit. 1. v. 15. τοῖς δὲ μεμιασμένοις καὶ ἀπίστοις οὐδὲν καθαρόν, &c.

18. *Nominativo utuntur pro Vocativo*. Matth. 1. v. 20. υἱὸς pro υἱὲ. Mar. 15. 34. ὁ Θεός μου, ὁ Θεὸς μου, pro ὦ Θεέ μου, ὦ Θεέ μου, quæ leguntur Mat. 27. 26. Sic Joh. 19. 3. χαῖρε ὁ βασιλεύς, pro ὦ βασιλεῦ, sicut legimus Marc. 15. 18. Sic

Hom

Hom. Ἰλιαδ. α. 131. δημοβόρῳ βασιλῆϊ, ἐπεὶ οὐκ ἐπὶ δημοβόρους βασιλεύει, pro δημοβόρε βασιλεῦ. Luc. 8. 54. ὦ παῖς (pro ὦ παῖ) ἐγείρου, heus puella, surge. Marc. 14. 36. Ἀββᾶ ὁ πατήρ, pro ὦ πάτερ. Mat. 17. 17. ὦ γενεὰ ἄπιστος, pro ὦ ἄπιστε. Rom 8. 15. ἐν ᾧ κράζομεν Ἀββᾶ ὁ πατήρ. Mat. 6. 9. Πάτερ ἡμῶν, ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ubi ὁ necessariò ponitur, quia articuli carent Vocativo, estque periphrasis Hebraica, pro ὦ οὐράνιε.

19. Atticismum quoq; redolent phrases sequentes. Act. 25. 5. εἴ τι ἔστιν κακὸν τὸν ἄνδρα. Mat. 27. 22. τί οὖν ποιήσω Ἰησοῦν (pro τὸν Ἰησοῦν) τὸν λεγόμενον Χριστόν. Act. 12. v. 18. τί ἄρα ὁ Πέτρος ἐγένετο, verbotenus, *quidnam factus esset Petrus*, hoc est, quidnam Petro accidisset. Marc. 14. 7. καλῶς ποιεῖν ποιῶ. Mat. 5. 44. καλῶς ποιεῖτε τοῖς μισοῦσιν ὑμᾶς, *benefacite osoribus vestris*, pro quibus more Latinorum Luc. 6. 27. καλῶς ποιεῖτε τοῖς μισοῦσιν ὑμᾶς.

20. Luc. 6. 4. ἔξεστι *cum accusativo construitur*, sicut Plato quoque τὸ ἀξέστιον cum eodem casu construxit, idque Atticè. Videatur quarta editio Lexici Novi Testamenti.

21. *Atticè verba sensuum regunt accusativum*, non solum Genitivum. Johan. 3. 8. τὴν φωνὴν ἀκούεις, *sonum audis*. Vide ἀκούω in Lexico.

22. *Quodvis verbum activum conjungi potest cum accusativo nominis, à quo derivatur.* Lascaris ait esse phrasin Atticam, quam tamen malim simpliciter vocare *Hellinismum*. Mat. 2. 10. ἐχάρησαν χαρὰν μεγάλην, *ingenti gaudio fuerunt perfusi*. 2 Tim. 4. 7. τὸν ἀγῶνα τὸν καλὸν ἠγώνισμαι, *certamen præclarum decertavi*. Luc 2. vers. 9. ἐφοβήθησαν φόβον μέγαν, *timore magno fuerunt perculsi*. Luc. 2. 8. φυλάσσοντες φυλακὰς, *accuratissimè excubantes*. Hesiod. ε. 81. δῶρον ἐδώρησαν. Xenoph. ἀρχὴν ἄρχειν, *imperium administrare*. Vide Taubman. in Plautum, & apud Græcos innumera sunt id genus exempla. Tenendum tamen, φέρειν ejusmodi esse ἐμφατικὸν. Sic quum more Græcorum dicimus, *aliquem errare errorem*, indicamus *eum gravi teneri & constringi errore*.

23. *Accusativus ponitur pro nominativo.* 1 Corin. 10. 16. τὸν ἄρτον ὃν κλῶμεν, οὐχὶ ὄζει, &c. pro ἄρτος, ὃν κλῶμεν. Hellenismum hunc etiam Virgilius, aliiq; Latini imitantur Æneid. 1.

Urbem quam statuo, vestra est, subducite naves.

24. *Contrà, Nominativus ponitur pro Accusativo*, quæ Syntaxis Atticismum sapit, & inprimis Xenophonti (quem, ob singularem orationis elegantiam, apem Atticam veteres appellitârunt) est familiaris. Roman. 1. 12. φάσκοντες εἶναι σοφοὶ, *jactitantes se esse sapientes*: quod fieri solet, quum sequens nomen refertur ad ipsam personam loquentem. Sic Rom. 15. 24. ἐλπίζω γὰρ διαπορεύομενος θεάσασθαι ὑμᾶς, *spero enim fore, ut istac præteriens visam vos*.

25. At hic Atticismus Act 5. v. 30.

v.35. negligitur, idque perſpicuitatis cauſâ. Xenoph. φησὶν αὐτὸς αὑτὸν γεγωνέναι, *ait ſe autorem fuiſſe.* Lucian. φησὶν ἑαυτὸν ἀμείνονα γεγωνέναι στρατηγὸν, *affirmat ſe meliorem fuiſſe ducem.* Hic oratio in eadem perſona perſiſtit, & proinde nominativus ſequitur. Hunc Helleniſmum metri cauſâ imitatus eſt Ovidius, ubi ita ſcribit:

——— *retulit Ajax*
Eſſe Jovis pronepos.———

Hanc licentiam ſibi ſumpſerunt Latini poëtæ, quoties in Latio ſermone iis aqua hæſit. Aliæ id genus Antiptoſes paſſim occurrunt.

26. Pro σ adhibent πω ἐλαττονέω, *minus habeo.* 2 Corin. 8. 15. ἐλαττόω *minuo* Johan. 3. v. 30. ἐμὲ δὲ ἐλαττῶσαι. Heb. 2. v. 7. ἠλάττωσας. 1 Timoth. 5. v. 19. μὴ ἔλαττον, &c. Act. 17. 7. ἀπέναντι τῶν δογμάτων τοῦ Καίσαρος πράσσουσι, *contra edicta Cæſaris faciunt.* Actor. 19. v. 36. μηδὲν προπετὲς πράσσειν, *nihil præcipitanter facere.* Paulus (omiſſo hoc Atticiſmo) jubet nos 1 Theſſal. 4. 11. πράσσειν τὰ ἴδια. ſicut Hector uxori ſuæ non ſine ſtomacho dicit Ἰλιαδ. Ζ. 490.

Αὐτὰρ ἐμοὶ κῆρ ἔσσετ', ἐπὴν τάδε πάντα γένηται,
Ἦμαρ ὅτ' ἂν ποτ' ὄλωλε πόλις Πριάμοιο ἄνακτος.
Καὶ Πριάμου λαὸς μεμαυῖας ἐγχεσιμώρους.
Αὐτὰρ Ἑκάβης οὐδὲ Πριάμου ἄχος οὐδὲ τοκήων
Οὐδ' ἀδελφεῶν, οἵ κε πολέες καὶ ἀρηιφίλοι περ
Ἐν κονίῃσι πέσοιεν ὑπ' ἀνδράσι δηϊοτῆτι,
Ὅσσον σεῦ ἀχνυμένης, ὅτε τις χαλκοχιτώνων
Ἀχαιῶν ἐλάσῃ δακρυόεσσαν ἐπὶ πτόλεμον.

Sed domum ito, & ſatage rerum tuarum, ſcilicet.

Apta quidam telæ, ſed inepta eſt fœmina telo,
Indignumque viro ſubdere colla colo.

Sed hæc παρέργως. Luc. 10. 41. Μεμέρισται, ἢ ὄφελεν αὐτὴ ὁ Ἰησοῦς, Μάρθα, μεριμνᾷς καὶ τυρβάζῃ περὶ πολλά, ἑνὸς δέ ἐστι χρεία. Hic τυρβάζῃ *tumultuaris*, ponitur pro συρβάζῃ, Atticè. Græcis ἡ σύρβη eſt *turba*, pro qua voce dicunt Attici τύρβη, ubi mutatur σ in τ, more Chaldæorum, qui pro שׁוֹר *taurus*, dicunt תּוֹר, pro וְהָב aurum, דְּהָב, &c. & nos quum dicimus Maſſer, Germani inferiores Mater, &c. Sic ἧσσον pro ἧττον, *detrimentum.* 1 Corinth. 11. 17. ἡττώμαι ὦμαι, ſum inferior. 2 Pet. 2. ver. 20 ἥττημα pro ἧσσημα *defectus.* Roman. 11. 12. 1 Corin. 6. 7. Sic κρείττων Heb. 1. 4. pro κρείσσων. 1 Corinth. 7. 9. τὰ κρείττονα. Heb. 6. 9. κρείττονα σωτηρίας. Heb. 9. 23.

27. *In declinatione prima ſimplicium* μητραλοίας ὁ Doricè, ſed Atticè μητραλώης ου ὁ 1 Timoth. 1. ver. 9. ſic πατραλώης ου ὁ, *parricida.* Ita in verbis pro δόω, Atticè δώω. 1 Tim. 1. 18. & 1 Tim. 2. 7. &c.

28. *Declinatio quarta ſimplicium* eſt Attica, Mat. 16. 22. ἵλεώς σοι Κύριε, ſcil. ἴθι. ἵλεως pro ἵλαος. 1 Cor. 1. 12. ἐγὼ δὲ Ἀπολλῶ, ſcil. εἰμὶ, ubi Ἀπολλῶ eſt Genit. ſing. Atticus pro Ἀπολλῶ. 1 Corinth. 3. v. 5. τίς Ἀπολλώς eſt nominativus Atticus. Actor. 19. ver. 1. Ἀπολλῶ accuſativus eſt Atticus, qui quandoque ν in fine abjicit. Sic Actor. 21. verſ. 2. ἤλθομεν εἰς τὸν Κῶ, ubi Κῶ eſt Accuſativus Atticus. pro κῶας ω ν, dicitur κῶς ῶ ν, & pro κῶαν κῶν. Attici hic pro ο μικρῷ, ponunt ω μεγα· pro-

ut etiam fit in δύω, pro δύο duo, &c.

21. *Declinatio secunda contractorum, ubi Genitivus exit in εως, est Attica*, & hæc sola in Novo Testamento ex usitata. Mat. 1. v.1. ῥώσεως. 2 Pet.1, v.3. θείας κοινωνοὶ φύσεως. Ephes.2. v.1. τῇ φύσει, non φύσῃ, vel φύσι. Luc. 10.19. ἐπάνω ὄφεων, *supra serpentes*. Luc.11. v.52. ἤρατε τὴν κλεῖδα τῆς γνώσεως, sustulistis clavem cognitionis. Hanc sanè tollunt, qui Laicis interdicunt Bibliorum lectione. Sic quamvis ἴνιπ formet genitivum ανήπ, juxta declin. 2. contractorum, tamen in Novo Testamento est sola declinatio Attica, & flectitur in genitivo σινάπεως, Mat.13.31. Luc. 17.6,20. Cur verò dicatur ἴναπ, pro σίνηπι, vide infra num.54.

30. *Declinatio tertia contractorum format genitivum in ώς, sed Atticè in εως.* Johan.18. v.15. εἰς τὴν αὐλὴν τοῦ ἀρχιερέως, in aulam pontificis. Act. 10.32. ἐν οἰκίᾳ βυρσέως, in ædibus Simonis coriarii. Act 12. v.20. τὸν ἐπὶ τοῦ κοιτῶνος τοῦ βασιλέως, cubicularium regis. Actor.27.v.2. ἀσιαλατικάως, 2 Corin. 11.32. ἐθνάρχης τοῦ βασιλέως, Ἀρέτα pro Ἀρέτου, ab Ἀρέτας.

31. *In quinta declinatione contractorum* κρέας, *caro*, in Genitivo κρέατος, κρέως, & Atticè κρέους· in plurali numero κρέατα, κρέα, κρέα. Roman.14.21. 1 Corin.6.13. γῆρας *senectus* in nomin. ἐλλ. γήρως, γήρᾳ (Hesiod. γῆ 29.) & Atticè γήρους, in dativo γήρᾳ, γήρᾳ & Atticè γήρᾳ. Luc. 1.v.35. ἐν γήρᾳ αὐτῆς, *in senectute sua*. Arist. κάλλιστον ἐφόδιον τῷ γήρᾳ δεῖ παιδεία, *optimum viaticum senectuti est eruditio*.

32. *Singularis est Græcorum elegantia, Atticis inprimis trita, quum cum substantivo masculino aut fœminino construitur Adjectivum in neutro genere*, verbi gratiâ: Matth.6.34. ἀρκετὸν τῇ ἡμέρᾳ ἡ κακία αὐτῆς. Hic in voce ἀρκετὸν (pro ἀρκετὴ) subaudiri solet πρᾶγμα. Arist. Ethic. l. 7. cap. 34. sub finem, ἡ μεταβολὴ πάντων γλυκύτατον, *variatio est omnium suavissima*. *Varietas delectat*: γλυκύτατον hic ponitur pro γλυκυτάτη. Luc. 12.23. ἡ ψυχὴ πλεῖόν ἐστι, scil. πρᾶγμα, *anima est res præstantior*. Roman.13.11, νῦν γὰρ ἐγγύτερον ἡμῶν ἡ σωτηρία. Hunc Atticismum imitatus est Virgilius, ubi dixit, Ecl.3.

Triste lupus stabulis.——

hoc est, lupus est res tristis.

Item Æneid.4.

Varium & mutabile semper fœmina.

Ovid. *Turpe senex miles, turpe senilis amor.*

Turpe, hoc est, res minùs conveniens.

Demosth. Olynth. ἄπιστον ἐν πολιτείαις ἡ τυραννὶς, res infida Rebuspub. est tyrannis.

Isocr. ἡ τέρψις σὺν τῷ καλῷ μὲν ἄριστον, ἄνευ δ' ἐκείνου τοῦτο κάκιστον, delectatio cum honesto seu virtute conjuncta est optima, sine hoc pessima.

